seductor. Et apostolus dicturus est,
Temptatio me non adprehendat nisi huma
na; Quotam partem angustiarum per
perpessus sum. qui cruci milito. Infamiam
falsi criminis inportarunt, sed scio per
bonam et malam famam perueniri
ad regna caelorum. Saluta paulam
et eustochium, uelit nolit mundus, in christo meas,
Saluta matrem albinam. sororesque mar
cellas, marcellinam quoque et sanctam fe
licitatem et dicito, Ante tribunal
christi simul stabimus. ibi parebit qua
mente quis uixerit; Memento mei exem
plum pudicitiae et uirginitatis insig
ne, fluctusque maris tuis precibus mitiga.

## LIIII. HIERONIMUS AD FLORENTINUM DE ORTU AMICITIAE

Quantus beatitudinis
tuae rumor diuersa populorum
ora conpleuerit hinc poteris aesti
mare. quod ego te ante incipio ama
re quam nosse; Ut enim apostolus
ait. quorundam hominum peccata
manifesta sunt praecedentia ad iudicium.
Ita econtrario tuae dilectionis fama
dispergitur. ut non tantum laudandus
sit ille qui te amat. quam scelus puta
tur facere ille qui non amat;
Praetermitto innumerabiles in quibus
christum sustentasti. pauisti. uestisti. uisi
tasti. Heliodori fratris tuae adiuta
necessitas mutorum etiam potest ora
laxare; Quibus gratias quo ille pe co
nio peregrinationis incommoda
tate fota referebat? Ut ego ille ar
dentissimus quidem intolerabilis
languor pertinaciter inuasit pedibus; cer
ta caritas et uoto te salutauerim
et iam conplexus sum. Gratulor
itaque tibi et nascentem amicitiam uti
dominus foederare dignetur precor,
Et quia frater rufinus qui cum sancta melania
ab egypto hierusolimam uenisse nar
ratur indiuidua mihi germanitatis ca
ritate conexus est. Quaeso ut episto
lam meam huic tuae epistolae copula
tam ei reddere non grauaris;
Noli nos ex eius aestimare uirtutibus; In illo
conspiciens expraessa sanctitatis insig
nia. Et ego cinis et uilissima pars
luti et iam fauilla. dum uertor satis
habeo si splendorem morum eius inbecillitas
oculorum meorum ferre sustineat.
Ille modo lauit mundus est. et tamquam
nix dealbatus est. Ego cunctis pec
catorum sordibus inquinatus diebus ac
noctibus operior cum tremore redde
re nouissimum quadrantem; sed tamen
quia dominus soluit conpeditos et super hu
milem et trementem uerba sua requies
cit. Forsitan et mihi in sepulchro
scelerum iacenti dicat. Hieronime
ueni foras. Sanctus presbyter euagrius plu
rimum te salutat. et martinianum
fratrem iunctim salutamus obsequio.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BLB Badische Landes-Bibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Badische Landesbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/blb_augperg105/0321